


AÑO XLIV.

Jueves 30 de Julio de 1896.

NÚM. 15.



BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL

Obispado de Astorga.

SUMARIO.—Santa Pastoral Visita.—Circular de Secretaría llamando á firmar los curatos vacantes en las segundas ternas.—Carta de Su Santidad.—Administración.—Habilitación de esta Diócesis.—Anuncios.

SANTA PASTORAL VISITA

Continúa S. S. Ilma. la del arciprestazgo de Páramo y Vega, habiendo llegado en la tarde del 26, á la mansión de Navianos de la Vega. En el día 17 se trasladó á la mansión de Morales de Rey, visitando en el mismo día la Iglesia de dicho pueblo y la de Vecilla de la Polvorosa. En el siguiente hizo la visita de la Iglesia de Fresno de la Polvorosa y en el 19 tuvo lugar la confirmación en Morales de Rey, administrándola á unos 900. Después de visitar la Iglesia de Verdenosa y Redelga, predicando como lo hace en

o dos los pueblos, llegó el día 21 á la mansión de Coomonte, visitando este pueblo y los de Villaferueña, Arrabalde y Alija en donde confirmó en la mañana del 26. Quiera Dios conceder á S. S. Ilma. un feliz regreso á esta Ciudad, y el descanso necesario á sus fatigosos trabajos apostólicos!

SECRETARÍA DE CAMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO DE ASTORGA. CONCURSO.

Circular.

Á consecuencia de haberse posesionado de los Beneficios curados con que fueron agraciados los propuestos en las primeras ternas del Concurso general celebrado en esta Diócesis en los días 12 y 13 de Septiembre de 1893 y por otras diferentes causas, se hallan vacantes para su provisión en las segundas que S. S. Ilma. el Obispo mi Señor elevará á S. M. la Reina Regente (q. D. g.), los curatos que á continuación se expresan:

DE TÉRMINO

Bembibre del Bierzo y su anejo Viloria, San Pedro.—Laguna de Negrillos, San Juan.—San Roman el Antiguo, San Roman.—Villafáfila, Santa María.

DE ASCENSO

Castromarigo y anejos, San Mamed.—Petín y su anejo Carballal, Santiago.—Puente Domingo Florez y su anejo San Pedro de Trones, Sta. María.—Rosinos de la Requejada con su anejo Santiago de la Requejada, Sta. Colomba.—Sancedo, Santa María.—Santigoso, San Miguel.—Sobrado del Bierzo y su anejo Friera, Santa María.—Val de San Román, San Román.—Valle de Finolledo y anejos, Sta. María.—Valtuille

de Arriba y su anejo Valtuille de Abajo, Sta. María.—Vega de Espinareda y su anejo Espino, San Andrés.—Viforcos y su anejo Argañoso, Sta. Catalina.—Villamartín de Valdeorras y su anejo S. Miguel de Otero, S. Jorge.—Zotes y anejos, San Pedro.

DE ENTRADA

Audanzas, San Juan.—Barosa y su anejo Carril y Baliña, S. Bernardino.—Campelo y su anejo Canedo, Sta. Catalina.—Carabajales y anejos, San Jorge.—Cortiguera, San Martín.—Fresnedelo y su anejo San Pedro de Paradela, San Esteban.—Herreros de Jamuz y su anejo Tabuyuelo, Sta. María.—Chano y Guimara, San Pedro.—Jagoaza y su anejo Piñeiro, San Miguel.—Lagarejos y su anejo Cerezal, San Pedro.—Monte-alegre y su anejo la Silva, San Martín.—Otero de Villa-decanes, San Julian.—Oulego, San Miguel.—Pereda de Ancares y su anejo Sorbeira, San Jorge.—Pobladura de las Regueras y su anejo Rodrigatos, Sta. María.—Poibueno y su anejo Fonfría, Sta. María.—Portomorisco y su anejo Lentellais, San Víctor.—Rozas y Villarino, Sta. Cecilia.—Saceda y su anejo Noceda, San Andrés.—San Mamed de Viana y su anejo Cobelo, San Mamed.—Santa Marina de Torre y su anejo Torre, Santa Marina.—Sopeña y Carneros, La Asunción.—Villameca y su anejo Donillas, Santa María.—Villardeciervos y su anejo Valdemanzanas, S. Miguel.

RURALES DE 1.^o

Arnadelo y su anejo Melezna, La Magdalena.—Boeza, Santa María.—Bouzas, San Juan.—Burbia y su anejo Penoselo, San Esteban.—Cabeza de Campo y su anejo Sobredo del Bierzo, Purísima Concepción.—Campo del Agua y su anejo Aira da Pedra, San Bartolomé.—Casteligo y Chao y su anejo Paradaseca de Queija S. Martín.—Castro y Barrio de Lomba, San Isidro.—Cepedelo y su anejo Barjacoba, Santa María.

Cesures y Vales con Arnado, San Juan.—Colinas y su anejo Los Montes, Santa Dorotea.—Compludo y su anejo Palacios, Stos. Justo y Pastor.—Donadillo y su anejo Dornillas, Santa Eufemia.—Encineira y su anejo Villanuiz, Santa Isabel.—Fasgar, Santa María.—Fornelos de Filloas y su anejo Carracedo de la Sierra, Santa María.—Lumeras y su anejo Villarbón y Bustarga, San Pedro.—Magaz de Abajo y su anejo Válgoma y Hervededo, S. Juan.—Médulas (las) y Balouta, San Simón.—Morisca y su anejo Tabazoa de Lomba, Santa María.—Muriás de Omaña, Santa María.—Paradela del Rio y su anejo San Roque, San Pedro.—Penouta y su anejo Ramilo, San Bartolomé.—Pobladura de la Somoza, Santa Lucía.—Puente del Bollo y su anejo Villanueva, Santa María.—Quereño y su anejo Pumares, S. Cristobal.—Quintanilla y Ambasaguas y su anejo Castrohinojo, S. Pedro.—Quintela de Humoso y su anejo Tabazoa de Humoso.—Raigada y su anejo Cernado, La Magdalena.—San Lorenzo y Prado del Bollo, San Lorenzo.—Santa Cruz de Abranes y su anejo Rionor, Santa María.—Santa Cruz de Montes y su anejo Santibañez, Sta. Cruz.—Santa Eulalia de Cabrera, Santa Eulalia.—Seber y su anejo Pías, San Lorenzo.—Tejedo de Ancares, S. Juan.—Villaseco de la Sierra y su anejo Villardemilo, San Vicente.

RURALES DE 2.^a

Andarraso, Santiago.—Baillo, San Martín. — Brañuelas, San Miguel.—Cueto, Santa María,—Folloso, Santiago.—Omañuela, San Salvador.—Pardamaza, San Andrés.—Peñalba, Santiago.—Santa Lucía, Santa Lucía.—Torrecillo, Santa Marina.—Vegapugin, San Andrés.—Vegas de Camba, San Martín. Villarmiel y su anejo Paradaseca, San Lorenzo.—Vega del Castillo, San Juan.

Lo que de orden de S. S. Ilma. el Obispo, mi Señor, se anuncia en este *Boletín* para que los opositores aprobados y no agraciados en el último concurso general celebrado en esta

Diócesis, extiendan si gustan sus firmas á los curatos que preceden, dentro de los 15 días siguientes á la fecha de ésta Circular, advirtiendo que los que no sean ya párrocos aunque pueden firmar los curatos que crean convenirles, deben hacerlo sometiéndose á la decisión del Prelado y comprometiéndose á aceptar aquél para el que les proponga, si no pudiesen ser propuestos para alguno de los que designen.

Astorga 30 de Julio de 1896.—Dr. Ramón Fernández, Srio.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII
EPISTOLA ENCYCLICA
AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS
ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM
CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.
~~~~~  
Continuación

Dispersa membra atque sejuncta non possunt eodem cum capite, unum simul effectura corpus, cohaerere. Atqui Paulus, *Omnia, autem, inquit, membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita et Christus.* (1) Propterea corpus istud mysticum compactum ait esse et connexum. *Caput Christus ex quo totum corpus compactum, et conexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque, membra.* (2) Quamobrem dispersa á membris ceteris siqua membra vagantur, cum eodem atque unico capite conglutinata esse nequeunt: *Unus Deus est, et Christus unus, et una Ecclesia ejus et fides una et plebs una in solidam corpo-*

---

(1) I. Corinth. xii, 12.

(2) Ephes. iv, 15-16.

*ris unitatem concordiae glutino copulata. Scindi unitas non potest, nec corpus unum discidio compaginis separari* (1). *Quo melius ecclesiam effingat unicam, similitudinem animati corporis informat; cuius non aliter victura membra sunt, nisi colligata cum capite, vim ad se vitalem ex capite ipso traducant: sejuncta, neccesse est emori: Non potest (Ecclesia)... divulsis laceratione visceribus in frusta discerpi. Quidquid a matrice discesserit, seorsum vivere et spirare non poterit.* (2) *Mortuum vero corpus quid habet cum vivo similitudinis? Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutri, et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam: quia membra sumus corporis ejus de carne ejus et de ossibus ejus* (3). *Aliud igitur simile Christo incohetur caput, alius Christus, si praeter eam quæ corpus ejus est, fingi Ecclesiam alteram libeat. Videte quid caveatis, videte quid obserretis videte quid timeatis. Contingit ut in corpore, humano, imo de corpore aliquod præcidatur membrum, manus, digitus, pes: numquid præcisum sequitur anima? Cum in corpore esset, vivebat: præcisum amittit vitam. Sic et homo christianus catholicus est, dum in corpore vivit: præcisis, hæreuius factus est: membrum amputatum non sequitur spiritus.* (4) *Est igitur Ecclesia Christi unica et perpetua: quicumque seorsum eant, aberrant a voluntate et præscriptione Christi Domini, relichtoque salutis itinere, ad interitum digrediuntur. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulteræ jungitur, a promissis Ecclesiæ separatur, nec perveniet ad Christi præmia qui reliquit Ecclesiam Christi... Hanc unitatem qui non tenet, non tenet Dei legem, non tenet Patris et Filii fidem, vitam non tenet et salutem* (5)

At vero qui unicam condidit, is idem condidit *unam*: vide licet ejusmodi, ut quotquot in ipsa futuri essent, arctissimis vinculis sociati tenerentur, ita prorsus ut unam gentem, unum

(1) S. Cyprianus, *De cath. Eccl., Unitate*, n. 23.

(2) Id , loc. cit.

(3) Ephes. v. 29-30.

(4) S. Augustinus sermo CCLXVII, n. 4.

(5) S. Cyprianus, *De cath. Eccl. Unitate*, n. 6.

regnum, corpus unum efficerent: *Unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis restræ* (1). Voluntatem hac de re suam Jesus Christus sanxit, propinqua jam morte, augusteque consecravit, ita Patrem adprecatus: *Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me... ut et ipsi in nobis unum sint... ut sint consummati in unum* (2). Imo tam intime nexam jussit esse in sectatoribus suis unitatem tamque perfectam, ut conjunctionem cum Patre suam ratione aliqua imitaretur: *Rogo... ut omnes unum sint, sicut tu Pater, in me, et ego in te* (3). Tantæ autem inter homines ac tam absolutæ concordiæ necessarium fundatum est convenientia conjunctioque mentium: ex quo consipratio voluntatum atque agendorum similitudo natura gignitur. Quamobrem, pro sui divinitate consilii, *unitatem fidei* in Ecclesia sua jussit esse: quæ quidem virtus primum est in vinculis iis quæ hominem jungunt Deo, et inde nomen *fideles* accepimus. *Unus dominus, una fides, unum baptisma*: (4) videlicet sicut unus Dominus, et baptisma unum ita omnium christianorum, qui ubique sunt, unam esse fidem oportet. Itaque Paulus Apostolus christianos, ut idem sentiant omnes, effugiantque opinionum dissidia non rogat tantum, sed flagitat ac plane obsecrat: *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi: ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia.* (5) Quæ loca sane non indigent interprete; satis enim perse loquuntur ipsa. Ceteroqui unam esse fidem debere, qui se profitentur christianos, vulgo assentiuntur. Illud potius maximimomenti ac prorsus necessarium, in quo multi errore falluntur, internoscere quæ sit istius species et forma unitatis. Quod ipsum, ut supra fecimus in causa simili, non opinatione aut conjectura est, sed scientia rei gestæ judicandum: quærendo scilicet

(1) Ephes., IV. 4.

(2) Joan xvii, 20-21-23.

(3) Ib., 21.

(4) Ephes., IV, 5.

(5) I. Corinth. I, 10.

statuendoque qualem in fide unitatem Jesus Christus esse præcepit.

Jesu Christi doctrina cœlestis, tametsi magnam partem consignata litteris afflatu divino, colligare tamen mentes, permissa hominum ingenio, ipsa non poterat. Erat enim proclive factu ut in varias incideret atque inter se differentes interpretationes: idque non modo propter ipsius vim ac mysteria doctrinæ sed etiam propter humani ingenii varietatem, et perturbationem in studia contraria abeuntium cupiditatum. Ex differentia interpretandi dissimilitudines sentiendi necessitate nascuntur: hinc controversiæ, dissidia, contentiones, qualia incumbere in Ecclesiam ipsa vidi proxima originibus ætas. De hæreticis illud scribit Irenæus: *Scripturas quidem confilentur, interpretationes vero convertunt.* (1) Atque Augustinus: *Neque enim natae sunt hæreses et quædam dogmata perversitatis illaqueantia animos et in profundum præcipitantia, nisi dum scripturæ bonae intelliguntur non bene.* (2) Ad conjugandas igitur mentes, ad efficiendam tuendamque concordiam sententiarum, ut extarent divinæ litteræ, omnino erat alio quodam principio opus. Id exigit divina sapientia: neque enim Deus unam esse fidem velle potuit, nisi conservandæ unitatis rationem quandam idoneam providisset: quod et sacræ litteræ perspicue, ut mox dicturi sumus, significant. Certe infinita Dei potentia nulli est vincita vel adstricta rei, omniaque sibi habet obnoxie, velut instrumenta parentia. De isto igitur principio externo, dispicendum, quodnam ex omnibus, quæ essent in postestate sua, Christus optarit. Quamobrem oportet christiani nominis revocare cogitatione primordia.

Divinis testata litteris eademque vulgo cognita commemoramus. Jesus Christus divinitatem divinamque legationem suam miraculorum virtute comprobat: erudire verbo multitudinem ad coelestia insistit, omninoque jubet ut sibi fides docenti adjungatur, hinc praemiis illinc poenis propositis sempiternis: *Si non*

---

(1) Lib III, cap. XII, n. 12.

(2) In *Evang. Joan.*, tract XVIII, cap. V. n. 1.

*facio opera Patris mei, nolite credere mihi.* (1) *Si opera non fecisset in eis, quae nemo aliis fecit, peccatum non haberent.* (2) *Si autem facio (opera), et si mihi non vultis credere, operibus credite* (3). *Quaecumque praecipit, eadem omnia auctoritate praecipit: in exigendo mentis assensu nihil excipit, nihil secerit.* Eorum igitur qui Jesum audissent, si adipisci salutem vellet officium fuit non modo doctrinam ejus accipere universo, sed tota mente assentiri singulis rebus quas ipse tradidisset: illud enim repugnat, fidem vel una in re non adhiberi Deo.

Maturo in coelum reditu, qua ipse potestate missus a Patre fuerat, eadem mittit Apostolos, quos spargere ac disseminare jubet doctrinam suam: *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes.....Docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis.* (4) Salvos fore, qui Apostolis paruissent, qui non paruissent, interituros: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salrus erit: qui vero non crediderit condemnabitur.* (5) Cumque illud sit providentiae Dei maxime congruens, ut meneri praesertim magno atque excellenti praeficiat neminem, quin pariter suppeditet unde liceat rite defungi, idcirco Jesus Christus missurum se ad discipulos suos Spiritum veritatis pollicitus est, eumque in ipsis perpetuo mansurum: *Si autem abiero mittam eum (Paraclitum) ad vos.... Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* (6) *Et ego rogado Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis...* (7) *Ille testimonium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis.* (8) Hinc doctrinam Apostolorum religiose accipi santeque servari perinde imperat ac suam: *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit.* (9) Quamobrem legati Apos-

---

(1) Joan., x, 37.

(2) Joan., xv, 24.

(3) Joan., x, 38.

(4) Matth., xxviii, 18-19- 20.

(5) Marc., xvi, 16

(6) Joan., vvi, 7-13.

(7) Joan., xiv, 16-17.

(8) Joan., xv, 26-27.

(9) Luc., x, 16.

toli a Jesu Christo sunt non secus ac ipse legatus a Patre: *Sicut misit me pater, et ego mitto vos* (1): propterea quemadmodum dicto audientes Christo esse Apostolos ac discipulos oportuit, ita pariter fidem adhibere Apostolis debuerant, quoscumque ipsi ex mandato divino docuissent. Ergo Apostolorum vel unum repudiare doctrinæ præceptum plane non plus licuit, quam de ipsius Christi doctrina rejecisse quicquam.—Sane Apostolorum vox illapso in eos Spiritu sancto quam latissime insonuit. Quacumque vestigium posuissent, perhibent se ab ipso Jesu legatos. *Per quem (Jesum Christum) accepimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus:* (2) divinamque eorum legationem passim Deus per prodigia in aperto ponit: *Illi autem profecti predicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.* (3) Quem vero sermonem? eum utique, qui id omne comprehendenderet, quod ipsi ex magistro didicissent: palam enim aperteque testantur, nihil se eorum posse, quæ viderant quæque audierant, non loqui.

Sed, quod alio loco diximus, non erat ejusmodi munus apostolicum, ut aut cum personis Apostolorum interire posset, aut cum tempore labi, quippe quod et publicum esset et saluti generis humani institutum. Apostolis enim mandavit Jesus Christus ut predicarent *evangelium omni creaturae*, et portarent *nomen ipsius coram gentibus et regibus*, et *ut sibi testes essent usque ad ultimum terrae*. Atque in tanti perfunctione muneris adfore se pollicitus eis est. idque non ad aliquod vel annos vel etates, sed in omne tempus, *usque ad consummationem saeculi*. Quam ad rem Hieronymus: *Qui usque ad consummationem saeculi cum discipulis se futurum esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros et se numquam a credentibus recessurum.* (4) Quæ quidem omnia in solis Apostolis, supremæ necessitatibus ex humana conditione obnoxiiis, qui vera esse potuissent?

---

(1) Joan., xx, 21.

(2) Rom., i, 5.

(3) Marc., xvi, 20.

(4) In Math., lib. iv. cap. xxviii, v. 20.

Erat igitur provisum divinitus ut magisterium a Jesu Christo institutum non iisdem finibus, quibus vita Apostolorum, terminaretur, sed esset perpetuo mansurum. Propagatum reverac velut in manus de manu traditum videmus. Nam consecrare episcopos Apostoli, quique sibi proxime sucederent in ministerio verbi; singillatim designavere.

Neque hoc tantum: illud quoque sanxere in successoribus suis ut et ipsi viros idoneos adlegerent, quos eadem auctoritate aucti-  
tos, eidem præficerent docendi officio et muneri: *Tu ergo, filii*  
*mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu: et quæ audisti*  
*a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui*  
*a idonei erunt et alios docere.* (1) Qua de causa sicut Christus a  
Deo et Apostoli a Christo, sic episcopi et quotquot Apostolis  
successere, missi ab Apostolis sunt: *Apostoli nobis Evangelii*  
*prædicatores facti sunt a Domino Jesu Christo, Jesus Christus*  
*missus est a Deo. Christus igitur a Deo, et Apostoli a Christo,*  
*et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei.... Per regio-*  
*nnes igitur et urbes verbum prædicantes, primitias earum spiritu*  
*cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum*  
*qui credituri erant... Constituerunt prædictos, et deinceps ordi-*  
*nationem dederunt, ut quum illi decessissent, ministerium eorum*  
*alii viri probati exciperent.* (2) Permanere igitur necesse est ex  
Christus docuerat: ex altera constans atque immutabile munus docendi omnia quæ  
una parte constans atque immutabile munus docendi omnia quæ  
accipiendi profitendique omnem illorum doctrinam. Quod præ-  
clare Cyprianus iis verbis illustrat: *Neque enim Dominus noster*  
*Jesus Christus, cum in Evangelio suo testaretur inimicos suos*  
*esse eos, qui secum non essent, aliquam speciem hæreseos designa-*  
*vit: sed omnes omnino qui secum non essent et secum non colli-*  
*gentes, gregem suum spargerent, adversarios esse ostendit, di-*  
*cens: Qui non est mecum, adversus me est; et qui non mecum co-*  
*lligit, spargit.* (3).

His Ecclesia præceptis instituta, sui memor officii, nihil egit

(i) II. Tim., II, 1-2.

(1) II. Tim., II, 1-2.  
 (2) S. Clemens Rom., Epist. I ad Corinth , cap. XLII-XLIV.

(3) Epist. LXIX ad Magnum n. 1.

studio et contentione majore, quam ut integritatem fidei omin ex parte tueretur. Hinc perduellum habere loco et procul amandare a se, qui de quolibet doctrinæ suæ capite non secum una sentirent. Ariani, Montanistæ, Novatiani, Quartadecumani, Eutychiani certe doctrinam catholicam non penitus omnem, sed partem aliquam deseruerant: hæreticos tamen declaratos, ejectosque ex Ecclesiæ sinu quis ignorat fuisse? Similique iuditio damnati quotquot pravorum dogmatum auctores variis temporibus postea consecuti sunt. *Nihil periculosius his hæreticis esse potest, qui cum integre per omnia decurrant, uno tamen verbo, ac si veneni gutta, meram illam ac simplicem fidem Dominicæ et exinde apostolicæ traditionis inficiunt* (1). Idem semper Ecclesiæ mos, idque sanctorum Patrum consentiente iudicio: qui scilicet communionis catholicæ expertem et ab Ecclesia extorrem habere consueverunt, quicumque a doctrina, authentico magisterio proposita, vel minimum discessisset. Epiphanius, Augustinus, Theodoreetus hæreseon sui quisque temporis magnum recensuere numerum. Alia Augustinus animadvertisit posse genera invalescere, quorum vel uni si quis assentiatur, hoc ipso ab unitate catholicæ sejungitur: *Non omnis, qui ista (numeratas videlicet hæreses) non credit, consequenter debet se christianum catholicum jam putare vel dicere. Possunt enim et hæreses aliæ, quæ in hoc opere nos'ro commemoratæ non sunt, vel esse vel fieri, quarum aliquam quisquis tenuerit, christianus catholicus non erit* (2).

Istam tutandæ unitati, de qua dicimus, institutam divinitus rationem urget beatus Paulus in epistola ad Ephesios; ubi primum monet, animorum concordiam magno studio conservandam: *solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis*: (3) cumque concordes animi caritate esse omni ex parte non possint, nisi mentes de fide consentiant, unam apud omnes vult esse fidem: *Unus Dominus, una fides*: ac tam perfecte quidem unam, ut errandi discrimen omne prohibeat: «*Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circunferamur omni vento doctrinæ in*

<sup>1</sup> Auctor, *Tractatus de Fide Orthodoxa contra Arianos*.

<sup>2</sup> *De Hæresibus*, n. 88.

<sup>3</sup> iv, 3, et seqq.

»nequitia hominum, in astutia ad circunventionem erroris.» Idque non ad tempus servari docet oportere, sed «donec occurramus omnes in unitatem fidei... in mensuram ætatis plenitudinis Christi.» Sed ejusmodi unitatis ubinam Jesus Christus posuit principium inchoandæ, præsidium custodiendæ? In eo vide licet, quod, «Ipse dedit quosdam quidem Apostolos.. alios autem »pastores, et doctores, ad consummationem sanctorum in opus »ministerii, in ædificationem corporis Christi.» Quare vel inde ab ultima vetustate hanc ipsam regulam doctores Patresque et sequi consueverunt et uno ore defendere. Origenes: «Quoties »autem (hæretici) canonicas proferunt scripturas, in quibus omnis Christianus consentit et credit, videntur dicere: ecce in dominibus verbum est veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire a prima et ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis. (1) Irenæus: «Agnitio vera est Apostolorum doctrina... secundum successiones episcoporum... quæ pervenit usque ad nos custoditione sine fictione scripturarum tractatio plenissima» (2). Tertullianus vero: «Constat proinde, omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis apostolicis matricibus et originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, sine dubio tenentem quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit... Communicamus cum Ecclesiis apostolicis, quod nulli doctrina diversa: hoc est testimonium veritatis. (3)

Atque Hilarius: *Significat* (Christus e navi docens) «eos, qui extra Ecclesiam positi sunt, nullam divini sermonis capere posse intelligentiam. Navis enim Ecclesiæ typum præfert, intra quam verbum vitæ positum et prædicatum hi qui extra sunt et arenæ modo steriles atque inutiles adjacent, intelligere non possunt. (4) Rufinus *Gregorium Nazianzenum* laudat et Basilium, quod «solis divinæ scripturæ voluminibus operam dabant, earumque intelligentiam non ex propria præsumptione, sed ex

1 Vetus Interpretatio Commentariorum in Matth., n. 46.

2 Contra Haereses, lib. iv, cap. 33, n. 8.

3 De Praescrip., cap. xxi.

4 Comment. in Matth., XIII, n. 1.

»majorum scriptis et auctoritate sequebantur, quos et ipsos ex apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat» (1).

Quamobrem, id quod ex iis, quæ dicta sunt, appareat, instituit Jesus Christus in Ecclesia *vivum authenticum* idemque *perenne magisterium*, quod suapte potestate auxit spiritu veritatis instruxit, miraculis confirmavit: ejusque præcepta doctrinæ æque accipi a sua voluit gravissimeque imperavit.—Quotic igitur hujus verbo magisterii edicitur traditæ divinitus doctrinæ complexu hoc contineri vel illud, id quisque debet certo credere verum esse: si falsum esse ullo modo posset, illud consequatur, quod aperte repugnat, erroris in homine ipsum esse auctorem Deum: *Domine, si error est, a te decepti sumus.* (2) Ita omni amota dubitandi caussa, ullamne ex iis veritatibus potest cuiquam fas esse respuere, quin se det hoc ipso præcipitem in apertam hæresim? quin, sejunctus ab Ecclesia, doctrinam christianam una complexione repudiet universam? Ea quippe est natura fidei, ut nihil tam repugnet quam ista credere, illa rejicere. Fidem enim Ecclesia profitetur esse «virtutem supernaturalem, qua, Dei adjuvante et aspirante gratia ab eo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, qui nec falli nec fallere potest» (3). Si quid igitur traditum a Deo liqueat fuisse, nec tamen creditur, nihil omnino fide divina creditur. Quod enim Jacobus Apostolus de delicto judicat in genere morum, idem de opinionis errore in genere fidei judicandum: «Quicumque... offendat... in uno, factus est omnium reus»: (4) imo de opinionis errore multo magis. Omnis enim violata lex minus proprie de eo dicitur qui unum peccavit, propterea quod majestatem Dei legum latoris sprevisse, non nisi interpretanda voluntate videri potest. Contra, is quid veritatibus divinitus acceptis vel uno in capite dissentiat, verissime fidem exuit funditus, quippe qui

(1) *Hist. Eccl.*, lib. II cap. ix.

(2) Richardus de S. Victore, *De Trin.* lib. I, cap. II.

(3) Conc. Vat. sess. III, cap. III.

(4) II, 10.

Deum, quatenus summa veritas est et *proprium motivum fidei*, recusat vereri: «In multis mecum, in paucis non mecum: sed in his paucis, in quibus non mecum, non eis prosunt multa, in quibus mecum» (1). Ac sane merito: qui enim sumunt de doctrina christiana, quod malunt, ii judicio suo nituntur, non fide: iidemque minime «in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi (2), sibimetipsis verius obtemperant, quam Deo: «Qui in Evangelio quod vultis, non creditis; quod vultis, non creditis, vobis, potius quam Evangelio, creditis» (3).

(1) S. Augustinus, *in Psalm. LIV*, n. 19

(2) II. Corínth. x, 5.

(3) S. Augustinus, lib. xvii. *Contram Faustum Manichaeum*, cap. III.

## ADMINISTRACIÓN HABILITACIÓN DE LA DIÓCESIS DE ASTORGA

La Ordenación de Pagos del Ministerio de Gracia y Justicia, en comunicación de 22 del corriente, ha devuelto á esta oficina las relaciones del personal y Culto parroquial del mes de Julio, en las que se habían incluido las variaciones que nuestro Reverendísimo Prelado tuvo á bien hacer para el mejor servicio de la Diócesis en el último arreglo parroquial; disponiendo se formasen como en los meses anteriores por estar rigiendo con carácter provisional en este ejercicio económico, el presupuesto del anterior.

Cumpliendo con lo prevenido por la Superioridad, se están formando con la actividad posible las nuevas relaciones, y, por más, que serán remitidas en un plazo muy breve, no es posible evitar el consiguiente retraso con que se ha de percibir dicha mensualidad de Julio.

Astorga 27 de Julio de 1896.—*Indalecio Iglesias.*

# EL PROMOTOR

DE LA

## Devoción á la Sagrada Familia Jesús, María, José

Boletín quincenal, órgano de la asociación de familias cristianas, consagradas á la Sagrada Familia, creada por N. S. P. León XIII para regenerar la familia cristiana, mediante la oración doméstica y el Patrocinio é imitación de la sagrada familia.

Para más y mejor promover el acuerdo del cuarto Congreso Católico Español, sobre la *Asociación de Familias* (Sección 1.<sup>a</sup> Punto 1.<sup>o</sup> y Conclusión 1.<sup>a</sup>) más facil y pronto cumplimiento á lo mandado por P. León XIII en su *Breve Neminem fugit* de 14 de  de 1892, se ha fundado en la Diócesis de Palencia bajo auspicios del Sr. Obispo de la misma, una muy breve y económica Revista que tiende a dar á conocer aquella hermosa Obra por toda España.

Se publica dos veces al mes en 4º menor y ocho páginas de lectura, con su cubierta de color. El precio es de 1·50 pesetas al año que se ha de pagar por adelantado; y la correspondencia se dirige al Presbítero D. Valeriano Puertas, Empedrada, 21, Palencia.

### BREVARIOS PARA VIAJE

Se acaba de recibir un magnífico surtido de diferentes ediciones de estos BREVARIOS procedentes de la acreditada casa de S. Juan Evangelista de Tournay, con magníficas encuadernaciones

**BREVIARIUM ROMANUM** — Un tomo en 12.<sup>o</sup> con 37 cuadernos, encuadernado en chagrin negro cortes dorados, 32 ptas.

**BREVIARIUM ROMANUM**. — Un tomo en 32.<sup>o</sup> con 30 cuadernos, igual encuadernación, 20 pesetas.

**BREVIARIUM ROMANUM** — Dos tomos en 18.<sup>o</sup>, encuadernación como los anteriores, 23·50 pesetas.— Todas estas ediciones se recomiendan por la comodidad que ofrecen á los señores Sacerdotes que tengan que viajar.— Véndense en esta Imprenta.

**ASTORGA:**—Imp. y Lib. de la Viuda é Hijo de López, Rua, 5 y 7.